



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118847**

§. 78. Bohemi Protestantes Ferdinandi Regis Clementia ferociores effecti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

Sæc. XVII. Bohemiæ Regno sua jura, immunitates, statuta, literas Majestatis, tam in Religione, quam in aliis politicis concessa privilegia, fœdera inter Ordines *sub una & utraque* annis prioribus inita, modo tamen illa ad evertendam fidem Catholicam non tenderent, & aliunde æquis, antiquisque consuetudinibus consona essent, rata habebat. Præterea fidem dabat Ferdinandus, quod arcem Caroloftadianam conservare, ac nonnisi indigenas Bohemos ad Regni ministeria adhibere, nec monetam Bohemicam diminuere, & denique omnia promissa exacta servare velit.

## §. LXXVIII.

*Bohemi Protestantes Ferdinandi Regis clementia ferociores effecti.*

*Priorat.  
Hist. di  
Ferd. III.  
part. I. l. I.  
Pufendorff.  
l. I. sect. 25.*

Quoniam vero Bohemi Protestantes in sua seditione persistere, atque repudiato Ferdinando alium suæ factionis Regem intrudere decrevissent, factam privilegiorum confirmationem non acceptarunt, caussantes quod Ferdinandus perperam se *Bohemice hæredem* nominasset, suasque literas inscripisset ad eos Regis Bohemorum Administratos, quos ipsimet suis officiis dejectos in ordinem redegerunt, quocirca Ferdinandum

*Carafa  
Germ. 1*

dum legitimum suum Regem, nequidem responso dignati (quæ solita hæreticorum ac rebellium humanitas est) multo audacius bellum promovebant, propositis ad pacem iis conditionibus, quas vel ipsi admissum iri desperabant. Præterea datis ad Saxoniam & Palatinatus Electores literis significabant, quod Ferdinandus, quin promissa adimpleret, ad Regimen accedere videretur, eo quod turbarum Authores posthabito Protestantium decreto dignitatibus suis restitutos velit, novumque militem ubique conscribat: pariter a Maximiliano Bavarie Duce petebant, ut Hispanorum subsidia, quæ jam parata erant, a suis finibus arceret. Verum Dux haud ignarus, quorsum hæc spectarent, respondit, quod a Cæsare, cum adhuc in vivis esset, frustra petiisset, ne copiam militares per suas Provincias iter facerent: nunc vero id prohibere, sibi haud integrum foret, eo quod vires ad manus non essent, quibus obsisteret, cum Bavaria adeo aperta foret, ut si vel maxime vellet, Hispanis transitum in Bohemiam prohibere haud posset; maxime cum Imperii leges, moresque consulant, amicis, accedente Cæsaris voluntate, transitus copiam facere, dummodo hi de damno per Sponsores caveant, de cetero autem

Sæc. XVII.

A. C. 1619.

Jæger Hist.

l. 9. cap. 1.

Adlzreit.

Annal. Boh.

pag. 3. l. 4.

Blanc. Hist.

de Bavier.

tom. 4.

T 4

„ma-

Sæc. XVII. „malis ex hoc bello obviare, in Ord-  
 A. C. 1619. „num Bohemorum arbitrio foret; si  
 „enim Regi suo, ut par est, obsequium  
 „deferrent, exterum militem in ipsos  
 „cum finitimorum detrimento educere,  
 „minime necessarium foret.,,

## §. LXXIX.

*Austrii & Moravi a Protestantibus  
 Bohemis ad rebellionem contra  
 Ferdinandum Regem sol-  
 licitati.*

*Merc. Gal-  
 lob. tom. 12.  
 l. 4. pag. 48.  
 Adlzreit. l. 6.  
 Barre hist.  
 d' Allem.  
 pag. 470.*

Eo tempore, quo Bohemi rebelles Fer-  
 dinandum Regem suum de bellico  
 apparatu insimulabant, eidemque ob-  
 latas Catholicorum suppetias avertere  
 moliebantur, ipsi adversus eum omnes  
 ipsius subditos ad defectionem, & re-  
 bellionis societatem pellexerunt, &  
 quidem primo cum Austriæ Superio-  
 ris Ordinibus fœdus instaurarunt, ut-  
 que eo firmius suo Principi resistere pos-  
 sent, Danubium flumen, ducta in ut-  
 ramque ripam catena, erectisque binis  
 propugnaculis clausurunt, simul postu-  
 lantes, ut Arx Linciensis præsidio nu-  
 daretur, nec Bucquoius Cæsareus Bel-  
 lidux in Austriam irrumperet. Inferio-  
 res vero Austrii habito Viennæ Con-  
 ventu in duas dividebantur factiones,  
 ex quibus Catholici Ferdinando sese  
 ultro